NATALICIA

GVILELMI I.

GERMANORVM IMPERATORIS

BORVSSORVM REGIS AVGVSTISSIMI

AB

VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

DIE XXII MENS. MART. HOR. XI IN AVLA MAGNA PVBLICE CONCELEBRANDA

EX OFFICIO INDICIT

FRIDERICVS HEIMSOETH
ELOQ. PROF. P. O.

INEST FRIDERICI HEIMSOETHI
DE VERSVVM IONICORVM MENSVRA COMMENTATIO

BONNAE

FORMIS CAROLI GEORGI

Versuum antiquorum quotquot sunt mensuram rhythmicam diligens et adcurata ipsorum versuum contemplatio nos docet. Namque et in universum in omnibus rebus humanis commune quiddam inest quod in ipsa hominum natura nititur, quo fit 'ut quae consuerunt gigni gignantur eadem condicione', et artes potissimum suam ipsae in se ferre quaerentibusque non celare solent interpretationem. itaque perspecta rhythmi indole ac natura, ex diligenti ipsorum rhythmorum contemplatione et singulorum pedum et versuum ex iis confectorum mensura cognoscitur. Et pedes quidem in quibus arsis arsin non interposita thesi sequitur quomodo pronuntiati sint olim, ex summa rhythmi lege intellegitur omnium rhythmorum tempora aequabiliter exaequante. itaque ionicus qui dicitur a minori duorum anapaestorum, ionicus a maiori duorum dactylorum tempus ita explebant, ut prior utriusque arsis dactyli longitudinem exaequaret. sic igitur uterque ionicus pronuntiabatur:

◡◡ –́ –́ = ◡◡ –́ (◡◡) –́

–́ –́ ◡◡ = –́ (◡◡) –́ ◡◡

ut non tribus partibus aequalibus, quod novissima doctrina metrica clamat, sed duabus constarent. tripartita ista et ionicorum et choriamborum mensura e nostrae musices rhythmis adducta et aliena omnino a versuum rhythmo est et pedum illorum pervertit proprietatem. choriambus dipodiae dactylicae catalecticae in syllabam par fuit, ita ut duo choriambi sic pronuntiarentur:

–́ ◡◡ –́ –́ ◡◡ –́ = –́ ◡◡ –́ (◡◡) –́ ◡◡ –́

et bacchii duorum iamborum sive trochaeorum spatium explebant:

◡ –́ –́ = ◡ –́ (◡) –́

–́ –́ ◡ = –́ (◡) –́ ◡

dochmii trium iamborum:

◡ –́ –́ ◡ – = ◡ –́ (◡) –́ ◡ –́

unde est quod dochmiis tripodiae iambicae et trochaicae immiscebantur. Neque horum pedum arses in duas breves syllabas solutae alia quam non solutae utebantur mensura. omni enim ratione destituta eorum opinio est qui arses longiores in duas breves syllabas solvi non potuisse arbitrantur. nulla prorsus differentia rhythmica est inter:

◡ –́ ◡ –́ ◡ –́ et ◡ –́ –́ ◡ –́ et ◡ ◡́◡ –́ ◡ –́.

Ea igitur v. c. tetrametrorum ionicorum a minori mensura fuit, ut gradibus aequalibus progre-

dientes octo anapaestorum tempora explerent, nisi quod anapaestorum vis ac vehementia arsibus arses continuo sequentibus augebatur:

δολόμητιν δ' ἀπάταν θεοῦ τίς ἀνὴρ θνατὸς ἀλύξει;

⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ = ⏑⏑ ⊥ (⏑⏑) ⊥ ⏑⏑ ⊥ (⏑⏑) ⊥ ⏑⏑ ⊥ (⏑⏑) ⊥ ⏑⏑ ⊥ (⏑⏑) ⊥

Iam qui ex pedibus ionicis conpositi sunt versus, in iis non raro pro ionico a minori sive a maiori anapaestus sive dactylus reperitur. et anapaestos quidem illos inter ionicos a minori conlocatos diu est cum intellegabatur — non ex Aristoxeno, sed ex ipsorum versuum euphonia — integri ionici a minori mensuram habuisse. quod optime sic significatur:

⏑⏑ ⊥ = ⏑⏑ ⊥͡⊥

Anapaesti huius mensurae et in catalexi versuum ionicorum reperiuntur, ut:

fr. Timocr. *Σικελὸς κομψὸς ἀνὴρ*
ποτὶ τὰν ματέρ' ἔφα.

Eur. Bacch. v. 540. 521 *ποτε Πενθεύς, ὃν Ἐχίων ἐφύτευσε χθόνιος.*
σὺ γὰρ ἐν σαῖς ποτε παγαῖς τὸ Διὸς βρέφος ἔλαβες·

nisi vox *βρέφος* interpretis est, Euripides autem *τὸ Διὸς σπέρμ' ἔλαβες* scripsit. certe in v. 150:

τρυφερὸν πλόκαμον εἰς αἰθέρα ῥίπτων

restituendum (cf. Hesych. *βόστρυχοι, πλόκαμοι*):

τρυφερὸν βόστρυχον εἰς αἰθέρα ῥίπτων.

et in mediis versibus, ad vocum scilicet graviorum vim extollendam:

Bacch. v. 147 *ἰαχαῖς τ' ἀναπάλλων*
ib. v. 64 *Ἀσίας ἀπὸ γαίας*
i. e. ⏑⏑ ⊥͡⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥

Aeschyl. VII, 322 *Ἀΐδᾳ προϊάψαι δορὸς ἄγραν*
ibid. v. 334 *νομίμων προπάροιθεν διαμείψας*
i. e. ⏑⏑ ⊥͡⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥

Aristoph. vesp. v. 301 *τρίτον αὐτὸν ἔχειν ἄλφιτα δεῖ καὶ ξύλα κὤψον.*
ib. v. 314 *ἀνόνητον ἄρ' ὦ θυλάκιόν σ' εἶχον ἄγαλμα.*
i. e. ⏑⏑ ⊥͡⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥

Aeschyl. Pers. v. 650 *Ἀϊδωνεῦ δ' ἀναπομπὸς ἀνείης, Ἀϊδωνεῦ.*
v. 655 *θεομήστωρ δ' ἐπικλήσκετο Πέρσαις, θεομήστωρ —*
i. e. ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥͡⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥

Eandem pronuntiationem brevi spatio bis repetitam videre licet Aristoph. ran. v. 350. 331:

ἱερᾶς ἀπὸ τιμᾶς. σὺ δὲ λαμπάδι φέγγων —
ποδὶ τὰν ἀκόλαστον φιλοπαίγμονα τιμάν
i. e. ⏑⏑ ⊥͡⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥͡⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥

et Aeschyl. Pers. v. 93. 108:

θεόθεν γὰρ κατὰ Μοῖρ' ἐκράτησεν τὸ παλαιόν, ἐπέσκηψε δὲ Πέρσαις
ἔμαθον δ' εὐρυπόροιο θαλάσσας πολιαινομένας πνεύματι λάβρῳ
i. e. ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥͡⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥͡⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥

et ter ib. v. 69 seqq.:

λινοδέσμῳ σχεδίᾳ πορθμὸν ἀμείψας Ἀθαμαντίδος Ἕλλας
πολύγομφον ὅδισμα ζυγὸν ἀμφιβαλὼν αὐχένι πόντου

in antistropha v. 76:

διχόθεν, πεζονόμοις ἔκ τε θαλάσσας ἐχυροῖσι πεποιθὼς
στυφελοῖς ἐφέταις, χρυσογόνου γενεᾶς ἰσόθεος φώς.

i. e.

⏑⏑ –́ –́ ⏑⏑ –́ –́ ⏑⏑ –́ –́ ⏑⏑ –́⁀–́ ⏑⏑ –́ –́ ⏑⏑ –́⁀–́ ⏑⏑ – – ⏑⏑ –́⁀–́ ⏑⏑
–́ –́ ⏑⏑ –́ –́

et simul in mediis versibus inque catalexi Eurip. Suppl. v. 45:

ἄνα μοι τέκνα λῦσαι φθιμένων νεκύων, οἳ καταλείπουσι μέλη
θανάτῳ λυσιμελεῖ θηρσὶν ὀρείοισι βοράν

i. e.

⏑⏑ –́⁀–́ ⏑⏑ –́ –́ ⏑⏑ –́⁀–́ ⏑⏑ –́ –́ ⏑⏑ –́ –́ ⏑⏑ –́⁀–́
⏑⏑ –́ –́ ⏑⏑ –́ –́ ⏑⏑ –́ –́ ⏑⏑ –́⁀–́

Hanc anapaestorum mensuram a tragicis poetis non inventam, sed e lyricis traductam esse, Anacreontis fragmenta ostendunt, quem integra carmina ionica hac tetrametri forma conposuisse Hephaestio tradit (B. 48. 49):

μεγάλῳ δηὖτε μ' Ἔρως ἔκοψεν ὥστε χαλκεὺς
πελέκει, χειμερίῃ δ' ἔλουσεν ἐν χαράδρῃ.
ἀπέκειρας δ' ἁπαλῆς κόμης ἄμωμον ἄνθος.

i. e. tetrametro ionico in quo dimetrum catalecticum *ἀνακλώμενος* thesi monosyllaba incipiens sequitur:

⏑⏑ –́ –́ ⏑⏑ –́⁀–́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́

Reperitur idem anapaestus etiam in trimetris ionicis quorum alter et tertius in *ἀνακλώμενον* abiit, velut Eurip. Alcest. v. 442. 452:

πολὺ δή, πολὺ δὴ γυναῖκ' ἀρίσταν.
λιπαραῖσί τ' ἐν ὀλβίαις Ἀθάναις.

nec non v. 460. 470:

σὺ γάρ, ὦ μόνα, ὦ φίλα γυναικῶν.
σχετλίω, πολιὰν ἔχοντε χαίταν.

i. e.

⏑⏑ –́⁀–́ ⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́

Eadem autem duarum arsium in una syllaba longiore coacervatio etiam ipsi *ἀνακλωμένῳ* adhibebatur. nam si v. c. in Aristophanis vespis in clausula versuum ionicorum:

σὺ δὲ σῦκα μ' αἰτεῖς.

legimus et:

πάρα νῷν στενάζειν.

numerus quidem syllabarum *ἀνακλώμενον* vulgarem non exaequat, sed quod ad rhythmum adtinet, integri anaclomeni spatium expletur. neque enim haec verba post dimetra ionica sic pronuntiata esse putanda sunt: ⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏒, sed ionica indole servata hunc in modum:

⏑⏑ –́⁀⏑⁀–́ ⏑ –́ –́

quod etiam sic notari possit:

⏑⏑ ⊥⁀⊥ ⏑ ⊥ ⊥

sed illo modo alterius thesis monosyllabae origo simul explicatur. explebant igitur versiculi illi in rhythmi cursu idem temporis spatium ac si poeta scripsisset v. c.: *σὺ δὲ σῦκα, τέκνον, αἰτεῖς* et *πάρα νῷν μέγα στενάζειν.* sed syllabarum productione usus poeta in antistropha lamentationis vim et impetum festive auxit, in stropha autem patres, quod pueri nummis, quibus ipsi panem, ligna et obsonium empturi sunt, ut ficus sibi emantur postulent, lepidissime queruntur:

ὕπαγ', ὦ παῖ, ὕπαγε.
Παῖς.
ἐθελήσεις τί μοι οὖν, ὦ πάτερ, ἤν σού τι δεηθῶ;
Χόρος.
πάνυ γ' ὦ παιδίον. ἀλλ' εἰπὲ τί βούλει με πρίασθαι
καλόν; οἶμαι δέ σ' ἐρεῖν ἀστραγάλοις δήπουθεν, ὦ παῖ.
Παῖς.
μὰ Δί ἀλλ' ἰσχάδας, ὦ παππία· ἥδιον γάρ.
Χόρος.
οὐκ ἂν
μὰ Δί', εἰ κρέμασθέ γ' ὑμεῖς.
Παῖς.
μὰ Δί' οὔ τἄρα προπέμψω σε τὸ λοιπόν.
Χόρος.
ἀπὸ γὰρ τοῦδ' ἐμὲ τοῦ μισθαρίου
τρίτον αὐτὸν ἔχειν ἄλφιτα δεῖ καὶ ξύλα κὤψον·
σὺ δὲ σῦκά μ' αἰτεῖς.

i. e.
⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥⁀⊥
⏑⏑ ⊥⁀⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥
⏑⏑ ⊥⁀⏑⁀⊥ ⏑ ⊥ ⊥

Eandem formam serio adhibitam in cantici ionici clausula legimus Eurip. Bacch. v. 536:

ἔτι ναὶ τὰν βοτρυώδη Διονύσου χάριν οἴνας
ἔτι σοι τοῦ Βρομίου μελήσει.

et in antistropha v. 555:

μόλε, χρυσῶπα τινάσσων, ἄνα, θύρσον κατ' Ὄλυμπον,
φονίου δ' ἀνδρὸς ὕβριν κατάσχες.

quis enim feret vulgarem horum versuum descriptionem: ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏓? Rhythmorum euphonia in fine extinguitur, nisi in ultimo versu aut tertia syllaba producitur (⏑⏑ ⊥⁀⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥) aut, quod qui praecedunt ionici suadent, septima hoc modo:

⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥
⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥⁀⏑⁀⊥ ⏑ ⊥ ⊥

et est haec simplex systematis conformatio in omni paene metrorum genere usitata, ut dimetrorum cursus interposito monometro quasi refrenatus in dimetrum catalecticum exeat. namque

haec sunt versuum illorum membra rhythmica: ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥, ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥, ⏑⏑ ⊥ ⊥, ⏑⏑ ⊥͡⊥ ⏑ ⊥ ⊥. Eadem clausula apud Aeschylum legitur in Pers. v. 670:

Στυγία γάρ τις ἐπ' ἀχλὺς πεπόταται·
νεολαία γὰρ ἤδη κατὰ πᾶσ' ὄλωλεν.

et in stropha v. 661:

κροκόβαπτον ποδὸς εὔμαριν ἀείρων,
βασιλείου τιάρας φάλαρον πιφαύσκων.

i. e. ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥
⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥͡⊥ ⏑ ⊥ ⊥

Quae ultimum membrum praecedunt verba *νεολαία γὰρ ἤδη*, aliam anaclomeni conformationem ostendunt, in qua secunda thesis latet:

⏑⏑ ⊥ (⏑) ⊥ ⏑ ⊥ ⊥

Tertia thesis silet in clausula cantici Anacreontici in Euripid. Cyclop. vv. 498. 506. 514:

μυρόχριστος λιπαρὸν βόστρυχον, αὐδᾷ δέ· θύραν τίς οἴξει μοι;
ἐπὶ Κύκλωπας ἀδελφούς. φέρε μοι, ξεῖνε, φέρ', ἀσκὸν ἔνδος μοι.
στεφάνων δ' οὐ μία χροιὰ περὶ σὸν κρᾶτα τάχ' ἐξομιλήσει.

i. e. ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥, ⏑⏑ ⊥ ⊥, ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ (⏑) ⊥ ⊥.

E contrario thesis quae taceri solet enuntiata est in systematis ionici clausula Aeschyl. Pers. v. 106:

διέπειν ἱππιοχάρμας τε κλόνους πόλεών τ' ἀναστάσεις.

cui respondet v. 110:

πίσυνοι λεπτοδόμοις πείσματι λαοπόροις τε μαχαναῖς.

in quibus *λαοπόροις* in *λεωπόροις* correcto hanc clausulam habes:

⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥, ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥

quae ab anaclomeno vulgari eo differt, quod thesis inter duas ultimas arses non latet. quod conferri potest cum systematis anapaesticis non paroemiaco, sed dimetro acatalectico clausis. Hanc quoque formam contractam videre licet Aesch. Prometh. v. 133. 149:

μυχόν, ἐκ δ' ἔπληξέ μου —
νεοχμοῖς δὲ δὴ νόμοις —

i. e. ⏑⏑ ⊥͡⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥

quod vides quam prope aptum sit ad sententias.

Alia anaclomeni forma praecedere versuum ionicorum systemata solet. quae cum quinque tantum syllabas habeat, male plerumque explicatur. sic enim non raro sive ipsae strophae sive in mediis strophis novae periodi incipiunt:

⏑ – ⏑ – – ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ sive
⏑ – ⏑ – – ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥

quae ab Hermanno aliisque sic accipiebantur, ut iambicam dipodiam choriambi sive logaoedi sequi dicerentur:

⏑ ⊥ ⏑ –, ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ –
⏑ ⊥ ⏑ –, ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥⏑

quod ab ionicis procul abest. Dindorfii autem descriptio:

⏑ –́ ⏑ – –, ⏑⏑ –́ ⏑, –́ ⏑ – –

cum post iambos perpetuitatem rhythmi frangat, numeros innumeros reddit. Proodos illa sic explicanda. Notum est, dimetros, trimetros, tetrametros ionicos etiam thesi monosyllaba incepisse, ita ut ab initio bacchius ionici locum occuparet, cf. fr. Anacr. B. 38:

ἔχον πυθμένας ἀγγειοσελίνων

et duobus ionicis in anaclomeni formam redactis, fr. B. 39:

ἀσήμων ὑπὲρ ἑρμάτων φορεῦμαι

unde etiam versus Anacreonteus ortus est qui iambico dimetro catalectico par est:

ὁ μὲν θέλων μάχεσθαι

⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́

Iam per huius anaclomeni thesi monosyllaba incipientis formam contractam:

⏑ –́⏑̑–́ ⏑ –́ –́

versibus ionicis proludebant, ut Aeschylus in canticis Oceanitidum plangentium v. 406:

πρόπασα δ' ἤδη στονόεν λέλακε χώρα
μεγαλοσχήμονα κἀρχαι-
οπρεπῆ στένουσα τὰν σὰν
συνομαιμόνων τε τιμάν,
ὁπόσοι τ' ἔποικον ἁγνᾶς
Ἀσίας ἕδος νέμονται
μεγαλοστόνοισι σοῖς πή-
μασι συγκάμνουσι θνατοί.

i. e.
⏑ –́⏑̑–́ ⏑ –́ –́ ⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́
⏑⏑ –́ –́ ⏑⏑ –́ –́
⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́
⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́
⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́
⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́
⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́
⏑⏑ –́ ⏑̑ –́ ⏑ –́ –́

auditis quantopere hoc exordium et cum sequentibus ionicis et cum verborum sententia concinat. et quod in stropha v. 397:

στένω σε τᾶς οὐλομένας τύχας, Προμηθεῦ·
δακρυσίστακτον ἀπ' ὄσσων
ῥαδινὸν ῥέος παρειὰν
νοτίοις ἔτεγξε παγαῖς·
ἀμέγαρτα γὰρ τάδε· Ζεὺς
ἰδίοις νόμοις κρατύνων
ὑπερήφανον θεοῖς τοῖς
πάρος ἐνδείκνυσιν αἰχμάν.

in primo versu idem vocabulum (τᾶς οὐλομένας) ex uno in alterum membrum transit, hoc mol-

litiei est versibus ionicis propriae, qui vocabula hoc modo quasi frangere amant. Eadem ratione pronuntiandus in eadem fabula parodi v. 128:

μηδὲν φοβηθῇς· φιλία γὰρ ἥδε τάξις
πτερύγων θοαῖς ἁμίλλαις κ. τ. λ.
λεύσσω, Προμηθεῦ· φοβερὰ δ' ἐμοῖσιν ὄσσοις
ὁμίχλα προσῇξε πλήρης κ. τ. λ.

et eiusdem cantici v. 133. 148:

κτύπου γὰρ ἀχὼ χάλυβος διῇξεν ἄντρων —
νέοι γὰρ οἰακονόμοι κρατοῦσ' Ὀλύμπου.

i. e. ⏓ ⊥͡⏑⊥ ⏑ ⊥ ⊥, ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥

et Sophoclis in Antigona v. 839. 857:

οἴμοι γελῶμαι. τί με, πρὸς θεῶν πατρῴων —
ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας.

inque eiusdem poetae Electrae v. 1059 seqq.:

τί τοὺς ἄνωθεν φρονιμωτάτους οἰωνοὺς
ἐσορώμενοι τροφᾶς κη-
δομένους ἀφ' ὧν τε βλάστω-
σιν ἀφ' ὧν τ' ὄνασιν εὕρω-
σι, τάδ' οὐκ ἐπ' ἴσας τελοῦμεν;

quibus in antistropha v. 1076 respondent:

ὅτι σφὶν ἤδη τὰ μὲν ἐκ δόμων νοσοῦσιν
τὰ δὲ πρὸς τέκνων διπλῆ φύ-
λοπις οὐκέτ' ἐξισοῦται
φιλοτασίῳ διαίτᾳ.
πρόδοτος δὲ μόνα σαλεύει —

Hoc quoque membro ionico poetas lyricos iam usos esse, versus a scholiasta Aeschyl. Prometh. ad v. 128 servatus, si quidem Anacreontis est, probare videtur:

οὐδ' αὖ μ' ἐάσεις μεθύοντ' οἴκαδ' ἀπελθεῖν;

i. e. ⏓ ⊥͡⏑⊥ ⏑ ⊥ ⊥, ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥

Ex dimetri ionici forma a thesi monosyllaba incipiente sive quod idem est ex bacchii cum ionico a minori coniunctione:

⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥

contractis in unam syllabis primis arsibus alia prodit forma quam v. c. in Euripidis Ione legimus v. 195. 206:

φίλα, πρόσιδ' ὄσσοις.
τρισώματον ἀλκάν.

in quibus non iambus vulgaris ionicum praecedit, sed iambus in bacchii longitudinem extensus:

⏑ ⊥͡⏑⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥

Sic accipiendus etiam pes bisyllabus anaclomeno praemissus Eurip. Alcest. v. 462:

σὺ τὸν αὑτᾶς
ἔτλας πόσιν ἀντὶ σᾶς ἀμεῖψαι

et v. 472:

σὺ δ' ἐν ἥβᾳ
νέᾳ προθανοῦσα φωτὸς οἴχει

i. e. ⏑⏑ ⊥ ⊥
⏑ ⊥⁀⏑⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥

Eundem pedem productum ionicus dimeter a thesi monosyllaba incipiens sequitur in Aeschyl. VII, v. 719:

πέφρικα τὰν ὠλεσίοικον
θεὸν οὐ θεοῖς ὁμοίαν,
παναληθῆ, κακόμαντιν
πατρὸς εὐκταίαν Ἐρινύν —

i. e. ⏑ ⊥⁀⏑⊥ ⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥
⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥
⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥
⏑⏑ ⊥ ⏓ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥

nisi hic anaclomenon a thesi monosyllaba incipientem praecedere unum ionicum mavis, quod idem est. utique sentis egregie sic horrorem significari quo chorus Eteoclem ad pugnam cum fratre committendam abeuntem comitatur. Idem eiusdem vocis sonus adhibitus est in versu Ionis Aesch. Prometh. v. 695:

πέφρικ' ἐσιδοῦσα πρᾶξιν Ἰοῦς.

i. e.
⏑ ⊥⁀⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥

neque opus est posteriorum codicum lectionem sequi, qui: *πέφρικ' εἰσιδοῦσα πρᾶξιν Ἰοῦς* exhibent. vides quantum illud recte explicatum praecellat.

Denique una syllaba longa commemoranda, quae duas arses conplexa ionicos versus praecedit, ut in Aesch. Pers. v. 647. 654 ionicos puros:

ἦ φίλος ἀνήρ, φίλος ὄχθος· φίλα γὰρ κέκευθεν ἤθη.
οὐδὲ γὰρ ἄνδρας πότ' ἀπώλλυ πολεμοφθόροισιν ἄταις.

i. e. ⊥⁀⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥, ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥

et anaclomenos, ut ib. v. 666. 658:

δέσποτα δεσποτᾶν, φάνηθι.
τόνδ' ἐπ' ἄκρον κόρυμβον ὄχθου.

qui versus inter ionicos conlocatus non logaoedice pronuntiatus esse censendus est, sed ionice:

⊥⁀⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥

Eodem modo cantici Sophoclei supra memorati altera pars explicanda (Electr. v. 1066):

ὦ χθονία βροτοῖσι Φάμα,
κατά μοι βόασον οἰκτρὰν
ὄπα τοῖς ἔνερθ' Ἀτρείδαις
ἀχόρευτα φέρουσ' ὀνείδη.

et in antistropha v. 1078:

οὔτε τι τοῦ θανεῖν προμηθὴς
τό τε μὴ βλέπειν ἑτοίμα
διδύμαν ἑλοῦσ' Ἐρινύν.
τίς ἂν εὔπατρις ὧδε βλάστοι;

i. e. –́⁀–́ ⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́
⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́
⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́
⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑ –́ –́

Quam hic in ultimo versu videmus formam duobus anapaestis praeditam, ea non rara ionicorum versuum clausula est, cf. in eiusdem cantici parte priore v. 1074. 1061:

πρόδοτος δὲ μόνα σαλεύει.
εὕρω-
σι, τάδ' οὐκ ἐπ' ἴσας τελοῦμεν;

et Aeschyl. VII, v. 723 seqq.:

τελέσαι τὰς περιθύμους
κατάρας Οἰδιπόδα βλαψίφρονος·
παιδολέτωρ δ' ἔρις ἅδ' ὀτρύνει.

et 731 seqq.:

χθόνα ναίειν διαπήλας,
ὁπόσαν καὶ φθιμένοισιν κατέχειν,
τῶν μεγάλων πεδίων ἀμοίρους.

sic vulgo male distinguunt. nam est eadem quam supra commemoravi systematis forma post dimetros monometro ad versum finalem traducens:

⏑⏑ –́ –́ ⏑⏑ –́ –́, ⏑⏑ –́ –́ ⏑⏑ –́ –́, ⏑⏑ –́ –́, ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑ –́ –́

Ex mala eorundem membrorum distinctione verborum depravatio orta esse videtur Aeschyl. Agamemn. v. 1495. 1519 seq., ubi in codicibus et editionibus legitur:

οἴμοι μοι κοίταν τάνδ' ἀνελεύθερον
δολίῳ μόρῳ δαμεὶς
ἐκ χερὸς ἀμφιτόμῳ βελέμνῳ.

ubi neque *δαμείς* quo pacto dici potuerit liquet neque *ἐκ χερός*. corrigendum videtur:

οἴμοι μοι κοίταν τάνδ' ἀνελεύθερον
δολίῳ μόρῳ δαμέντος
χερὸς ἀμφιτόμῳ βελέμνῳ.

i. e. ⏒ –́ –́ –́ ⏒ –́ ⏑⏑ –́ ⏑ –́
⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́
⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑ –́ –́

haec quoque clausula praemissa syllaba longiore reperitur, ut in Aeschyl. Pers. v. 651:

Ἀϊδωνεῦ δ' ἀνάπομπος ἀνείης, Ἀϊδωνεῦ,
δῖον ἀνάκτορα Δαριᾶνα.

i. e. –́⁀–́ ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑ –́ –́

quem ipsum non logaoedice, ut quartus versus strophae Alcaicae, sed ionice pronuntiandum fuisse etiam ex v. 656 intellegitur:

θεομήστωρ δ' ἐπικλήσκετο Πέρσαις, θεομήστωρ τ'
ἔσκεν, ἐπεὶ στρατὸν εὖ ποδούχει.

in quo vocis *ἔσκεν* pronuntiatio praecedenti voci *κικλήσκετο* adcurate respondebat. namque Darium *θεομήστορα* et vocatum esse et re vera fuisse a choro sic significabatur:

⏑⏑ –́ –́ ⏑⏑ –́⁀–́ ⏑⏑ –́ –́ ⏑⏑ –́ –́ –́⁀–́ ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑ –́ –́

Ne quis autem in una syllaba longiore ionicis puris sive anaclomenis praemissa offendat, alio quoque rem sibi explicare potest modo. etenim ut anapaestus aliquando ionici a minori mensuram habebat, sic etiam dactylus ionici a maiori:

–́ ⏑⏑ = –́⁀–́ ⏑⏑

itaque si cui hoc magis placet versum Aeschyleum:

ἦ φίλος ἀνήρ, φίλος ὄχθος

ionicum a maiori trimetrum catalecticum vocare poterit:

–́⁀–́ ⏑⏑, –́ –́ ⏑⏑, –́ –́

Huius trimetri catalectici *ἀνάκλασις* est:

–́ –́ ⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́

cf. Sapphonis versus apud Hephaestionem:

πλήρης μὲν ἐφαίνεθ' ἁ σελάνα·
αἱ δ' ὡς περὶ βωμὸν ἐστάθησαν.

et praeposito dactylo ionici a maiori mensuram exaequante habes longam quam descripsi syllabam ante anaclomenon, velut in Aeschyli Agamemn. v. 706:

πρασσομένα τὸ νυμφότιμον μέλος ἐκφάτως τίοντας

quae verba non sic distinguenda sunt, ut vulgo fit:

–́ ⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ | –́ ⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑

Stropha illa a trochaeis incipiens dein ionicis exornata est, cf. v. 709 seqq.:

μεταμανθάνουσα δ' ὕμνον Πριάμου πόλις γεραιὰ
πολύθρηνον μέγα που στένει κικλήσκουσα Πάριν τὸν αἰνόλεκτρον,

i. e. ⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́, ⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́, ⏑⏑ –́ –́, ⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́, ⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́

etiam quae praecedunt verba (v. 708. stroph. v. 690):

γαμβροῖσιν ἀείδειν
ἐκ τῶν ἁβροπήνων

ionici a maiori dimetri catalectici sunt:

–́ –́ ⏑⏑ –́ –́

Sic igitur etiam versus modo memorati altera pars haec est:

μέλος ἐκφάτως τίοντας

i. e. ⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́

altera:

πρασσομένα τὸ νυμφότιμον

i. e. –́⁀–́ ⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́

Iam indignationem vere Aeschyleam sentimus qua in stropha Helenae nomen introducitur: *τίς ποτ' ὠνόμαζεν ὧδ' ἐς τὸ πᾶν ἐτητύμως . . .*

τὰν δορίγαμβρον ἀμφινεικῆ θ' Ἑλέναν; ἐπεὶ πρεπόντως
ἑλέναυς, ἕλανδρος, ἑλέπτολις,

i. e. –́⁀–́ ⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́, ⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́
⏑⏑ – ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⏓

In omnibus quae huc usque adtuli exemplis una syllaba producta duas arses ita amplectebatur ut thesis sive bisyllaba sive monosyllaba sequeretur. sed hoc non necessarium: est, ubi ad graviorem etiam singulorum verborum quibus hoc aptum erat pronuntiationem syllabam longam duas arses continentem, nulla thesi interposita, tertia arsis sequeretur, ita ut una syllaba duorum pedum spatium compleret. Sic quae in Aeschyl. Choëph. v. 327 seqq. leguntur:

ὀτοτύζεται θ' ὁ θνήσκων,
ἀναφαίνεται θ' ὁ βλάπτων,
πατέρων τε καὶ τεκόντων
γόος ἔνδικος ματεύει
τὸ πᾶν ἀμφιλαφὴς ταραχθείς.

hoc modo pronuntianda sunt:

⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́
⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́
⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́
⏑⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –́
⏑ –́⁀–́ –́ ⏑⏑ –́ ⏑ –́ –́

quo sono eo gravius adseveratur quod chorus Oresti dubitanti persuadere vult: iustum parentum planctum etiam in Orcum perventurum esse. Similiter Orestes v. 398 clamat:

δίκαν δ' ἐξ ἀδίκων ἀπαιτῶ.

i. e. ⏑ –́⁀–́ –́ ⏑⏑ –́ ⏑ –́ –́

Sic ubique syllabarum temporibus longius productis, servata rhythmorum concinnitate, vis verborum augebatur. neque hoc solis ionicis proprium erat, sed in omni versuum genere usum habebat. quod paucis certe hic indicare liceat. Sicut enim v. c. in exordio systematum ionicorum membrum pentasyllabum ⏑ – ⏑ – – reperimus sic pronuntiandum ⏑ –́⁀–́ ⏑ –́ –́ (*προπᾶσα δ' ἤδη στονόεν λέλακε χώρα*), et pro anaclomeno qui sequi solet etiam versum duos anapaestos continentem (*τίς ἂν εὔπατρις ὧδε βλάστοι*), sic idem membrum etiam ante plures anapaestos idem temporis spatium explentes positum reperitur, ut in parodo Oedipi Sophoclei v. 186:

παιὰν δὲ λάμπει στονόεσσά τε γῆρυς ὅμαυλος.

quae vulgo quidem sic pronuntianda praecipiunt:

⏓ –́ ⏑ –́ | –́ ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ –

mihi semper hunc edebant sonum et numerosiorem et splendidiorem:

⏓ –́⁀–́ ⏑ –́ –́ | ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ –́

qui cum strophae quoque verbis egregie concinit:

ἄλλον δ' ἂν ἄλλῳ προσίδοις ἅπερ εὔπτερον ὄρνιν.
⏓ –́⁀–́ ⏑ –́ –́ | ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ –́

Eodem modo Eurip. Hippol. v. 1112 explicandus:

εἴθε μοι εὐξαμένᾳ θεόθεν τάδε μοῖρα παράσχοι,
τύχαν μετ' ὄλβου καὶ ἀκήρατον ἄλγεσι θυμόν.

et in stropha (v. 1104):

ἦ μέγα μοι τὰ θεῶν μελεδήμαθ', ὅταν φρένας ἔλθῃ,
λύπας παραιρεῖ· ξύνεσιν δέ τιν' ἐλπίδι κεύθων —

i. e. ⏓ –́⁀–́ ⏑ –́ –́ | ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ –́

sic auditoris menti voces in quibus summa sententiae versatur splendidius admovebantur et auribus duorum membrorum in quattuor arsium longitudinem extensorum aequabilitas. Nec dubitandum mihi videtur, quin quod in Herc. fur. v. 1184 seqq.:

Θησ. οἱ παῖδες οἵδε τίνες, ἐφ' οἷς δακρυρροεῖς;
Ἀμφ. ἔτεκε μέν νιν οὑμὸς ἶνις τάλας·
τεκόμενος δ' ἔκανε, φόνιον αἷμα τλάς.
Θησ. εὔφημα φώνει.
Ἀμφ. βουλομένοισιν ἐπαγγέλλει.
Θησ. ὦ δεινὰ λέξας.
Ἀμφ. οἰχόμεθ' οἰχόμεθα πτανοί.
Θησ. τί φής; τί δράσας;
Ἀμφ. μαινομένῳ πιτύλῳ πλαγχθεὶς
ἑκατογκεφάλου βαφαῖς ὕδρας.

Theseus Amphitryonis verbis interponit membrum iambicum sic pronuntiatum sit, ut duorum bacchiorum tempora exaequaret:

⏓ –́⁀–́ ⏑ –́ –́

Nec aliam novi interpretationem loci Aeschylei in monodia Ionis Prom. v. 580: *οἰστρηλάτῳ δὲ δείματι δειλαίαν παράκοπον ὧδε τείρεις;* et v. 600 *σκιρτημάτων δὲ νήστισιν αἰκίαις λαβρόσυτος ἦλθον κ. τ. λ.*, quam ut in stropha verba *οἰστρηλάτῳ δέ*, in antistropha *σκιρτημάτων δέ* hac graviore pronuntiatione fuerint distincta. Et consulto Aeschylus VII, v. 750 seqq.:

κρατηθεὶς δ' ἐκ φίλων ἀβουλιᾶν
ἐγείνατο μὲν μόρον αὑτῷ,
πατροκτόνον Οἰδιπόδαν,
ὅστε ματρὸς ἁγνὰν
σπείρας ἄρουραν, ἵν' ἐτράφη,
ῥίζαν αἱματόεσσαν
ἔτλα· παράνοια συνᾶγε
νυμφίους φρενώλεις

inter membra ad sex sive quattuor arsium longitudinem extenta unum posuit non nisi tribus arsibus praeditum, ut harum arsium scilicet unam quae in vocem cadit propter sententiam gravissimam graviore etiam distingueret pronuntiatione. sic enim illa sonabant:

⏑ –́ –́ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́
⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ –́
⏑ –́⁀–́ ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́

⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥
⏒ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⏑͡⏑́ ⏑ ⊥
⊥ ⏒ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥
⏑ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏓́
⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥

quo in stropha *πατρόκτονον*, in antistropha *τρίχαλον* super reliqua extollebantur. Neque in Choëph. stropha v. 315—322 et 332—339:

κλῦθι νυν, ὦ πάτερ, ἐν μέρει
πολυδάκρυτα πένθη.
δίπαις τοί σ' ἐπιτύμβιος
θρῆνος ἀναστενάζει.
τάφος δ' ἱκέτας δέδεκται
φυγάδας θ' ὁμοίως.
τί τῶνδ' εὖ, τί δ' ἄτερ κακῶν;
οὐκ ἀτρίακτος ἄτα;

inter membra acatalectica et catalectica ad dimetrorum longitudinem extenta unum fuit, quod eam non assequebatur, sed et sententiae et concinnitati rhythmicae praesto erat haec pronuntiatio:

σκότῳ φάος ἀντίμοιρον· χαρίτες δ' ὁμοίως —
τάφος δ' ἱκέτας δέδεκται φυγάδας θ' ὁμοίως.
⏑ ⊥⁀⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥

Et in Persarum primi cantici stropha sexta v. 126 seqq.:

πᾶς γὰρ ἱππηλάτας καὶ πεδοστιβὴς λεὼς
σμῆνος ὡς ἐκλέλοιπεν μελισσᾶν σὺν ὀρχάμῳ στρατοῦ,
τὸν ἀμφίζευκτον ἐξαμείψας
ἀμφοτέρας ἅλιον
πρῶνα κοινὸν αἴας.

ultimorum verborum rhythmus sic progrediebatur:

⏑ ⊥ ⊥ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥ ⊥⁀⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥

Etiam articulo longius extento Aeschylus sequentis vocabuli gravitatem indicavit: VII, v. 348 seqq.:

βλαχαὶ δ' αἱματόεσσαι
τῶν ἐπιμαστιδίων
ἄρτι βρεφῶν βρέμονται.

i. e.
⊥ ⏒ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥
⊥⁀⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑⏑ ⊥
⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥

Quae in Sophocl. Oed. tyr. v. 896 post trochaicum trimetrum spondeis oneratum:

εἰ γὰρ αἱ τοιαίδε πράξεις τίμιαι,

secuntur verba:

τί δεῖ με χορεύειν;

et quae his in antistropha respondent:

κοὐδαμοῦ τιμαῖς Ἀπόλλων ἐμφανής·
ἔρρει δὲ τὰ θεῖα.

ad dimetri spatium producta esse videntur:

–́ ⏑ –́ ⏒ –́ ⏑ –́ ⏒ –́ ⏑ –́
⏒ –́⁀–́ ⏑⏑ –́ –́

Nec dubito quin quae in cantici Euripidei Suppl. v. 778 seqq. initio leguntur:

τὰ μὲν εὖ, τὰ δὲ δυστυχῆ·
πόλει μὲν εὐδοξία
καὶ στρατηλάταις δορὸς
διπλάζεται τιμά.

quibus in antistropha respondent:

ἄγαμόν μ' ἔτι δεῦρ' ἀεὶ
χρόνος παλαιὸς πατὴρ
ὤφελ' ἁμερᾶν κτίσαι.
τί γάρ μ' ἔδει παίδων;

sic pronuntiata sint:

⏑⏑ –́⁀–́ ⏑⏑ –́ ⏑ –́
⏑ –́ ⏑ –́ –́ ⏑ –́
–́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́
⏑ –́ ⏑ –́ –́ –́

Nusquam autem pulcrius significantiusque haec pronuntiandi ratio adhibita est, quam a Sophocle in Oedipi Colonei loco, in quo Oedipus a choro de nomine interrogatus sic respondere tardat:

ὤμοι ἐγώ, τί πάθω, τέκνον ἐμόν;
Ἀντ. λέγ', ἐπείπερ ἐπ' ἔσχατα βαίνεις.
Οἰδ. ἀλλ' ἐρῶ· οὐ γὰρ ἔχω κατακρυφάν.
Χορ. μακρὰ μέλλετον, ἀλλὰ τάχυνε.
Οἰδ. Λαΐου ἴστε τιν' ὄντ'; Χορ. ὀοοώ.
Οἰδ. τό τε Λαβδακιδᾶν γένος; Χορ. ὦ Ζεῦ.
Οἰδ. ἄθλιον Οἰδιπόδαν; Χορ. σὺ γὰρ ὅδ' εἶ;
Οἰδ. δέος ἴσχετε μηδὲν ὅσ' αὐδῶ κ. τ. λ.

ubi cunctatio senis contremiscentis eo magis animos audientium perfringebat, quod prima uniuscuiusque versus ab Oedipo prolati arsis dactylica sic voce tenebatur:

–́⁀–́ ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑́⁀⏑ ⏑ –́
⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ –́
–́⁀–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑́⁀⏑ ⏑ –́
⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ –́
–́⁀–́ ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑́⁀⏑ ⏑ –́
⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ –́
–́⁀–́ ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑́⁀⏑ ⏑ –́
⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ –́

Trium dactylorum in quattuor arsium longitudinem distentione haesitatio, cretico animi demissio significatur, simulque singularis trium dactylorum cum cretico et paroemiacis coniunctio explicatur.

Pronuntiationis syllabarum longarum variatae usus et vis maxime perspicuus est in versibus iambicis trochaicisque. Et iambicorum versuum vis gradatim augetur suppressa inter arses thesi una:

τανῦν δ' ἀκούειν τίς ἀθλιώτερος;
⏑ ⊥ ⏑ ⊥ (⏑) ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥

vel duabus:

μέλει, φόβῳ δ' οὐχ ὑπνώσσει κέαρ
⏑ ⊥ ⏑ ⊥ (⏑) ⊥ ⏑ ⊥ (⏑) ⊥ ⏑ ⊥

vel tribus:

τελοῦσ' ἀραί· ζῶσιν οἱ γᾶς ὑπαὶ κείμενοι.
⏑ ⊥ ⏑ ⊥ (⏑) ⊥ ⏑ ⊥ (⏑) ⊥ ⏑ ⊥ (⏑) ⊥ ⏑ ⊥

magis etiam soni gravitas adaugetur, si duae theses continuo sequentes tacentur, quo duae sese excipiunt arses longiores:

ἀεικεῖ σὺν στολᾷ
⏑ ⊥ (⏑) ⊥ (⏑) ⊥ ⏑ ⊥
μένει τοι Ζηνὸς ἱκτίου κότος
⏑ ⊥ (⏑) ⊥ (⏑) ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥
δι' αἰῶνος δ' ἰυγμοῖσι βόσκεται κέαρ
⏑ ⊥ (⏑) ⊥ (⏑) ⊥ ⏑ ⊥ (⏑) ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥

vel in medio versu:

οὐ γάρ ποτ' ἀμναστεῖ γ' ὁ φύσας Ἑλλάνων ἄναξ
⏒ ⊥ ⏑ ⊥ ⏒ ⊥ ⏑ ⊥ ⏒ ⊥ (⏑) ⊥ (⏑) ⊥ ⏑ ⊥

Est, ubi quattuor arses longiores continuo secuntur:

διαρκὴς ἄτα διαφέρει τὸν αἴτιον
⏑ ⊥ (⏑) ⊥ (⏑) ⊥ (⏑) ⊥ (⏑) ⏖́ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥

Praeterea ea quam in ionicis deprehendimus contractio ⏑ ⊥⁀⏑⁀⊥ adhibita esse videtur. nam quae e. c. Aesch. Agam. v. 211 leguntur:

τί τῶνδ' ἄνευ κακῶν;
πῶς λιπόναυς γένωμαι
ξυμμαχίας ἁμαρτών;

(praecedunt iambici trimetri, secuntur choriambi), optime sic pronuntiabantur:

⏑ ⊥⁀⏑⁀⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥
⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥
⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥

Quae in *κομμῷ* Aesch. Choëph. ante versus ionicos supra commemoratos leguntur (v. 324):

τέκνον, φρόνημα τοῦ θανόντος οὐ δαμάζει
πυρὸς μαλερὰ γνάθος,
φαίνει δ' ὕστερον ὀργάς.

et in antistropha (v. 355):

φίλος φίλοισι τοῖς ἐκεῖ καλῶς θανοῦσι
κατὰ χθόνος ἐμπρέπων
σεμνότιμος ἀνάκτωρ —

non nisi duobus modis explicari ferrique possunt. aut enim senarii syllaba decima tertia (-*ζει*, -*σιν*) sequentis membri arsis fuit:

⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ | ⊥ ⏑ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ | ⊥ ⏒ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥

ut in v. 385. 410:

ἐφυμνῆσαι γένοιτό μοι πυκαέντ' ὀλολυγμὸν ἀνδρὸς
πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον κέαρ τόνδε κλύουσαν οἶκτον

i. e. ⏑ ⊥ ⊥ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ | ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥

aut qui senarius hypercatalecticus esse videtur revera tetrameter catalecticus fuit sic cum reliquis pronuntiatus:

⏑ ⊥ ⏑̑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥
⏑ ⊥⁀⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥
⊥ ⏒ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⊥

Quae quomodo se habuerint, de hoc dubitari nequit, etiam duarum arsium et thesium tempora in unam syllabam longam inclusa esse, velut in Aeschyl. VII, v. 737. 745:

μελαμπαγὲς αἷμα φοίνιον.
Ἀπόλλωνος εὖτε Λάϊος —

i. e. ⏑ ⊥⁀⊥ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥

qui versus pentapodiae iambicae vocari solent, sed revera senariorum longitudinem exaequabant. Hoc per se intellegitur, huiusmodi sonos longiores non ubique neque quibuslibet vocibus aptatos esse, sed ubi adhibiti sunt non possunt non agnosci. Est, ubi poetae consulto membris quadripartitis praeter dochmios etiam alia metra tripartita interposuerint, ut insigni cursus rhythmici commutatione sententias singulares singulari distinguerent modo, velut Aeschyl. VII, 781—83. Soph. Oed. tyr. v. 1208—10. v. 466—68. Aiac. v. 401—4. Electr. v. 245 seqq. Eurip. Phoen. v. 1023 seqq. Orest. v. 992 seqq., al. A quibus locis differunt versus singuli, in quibus quam rhythmorum euphonia postulat syllabarum productionem, ea ipsis sententiis conprobatur. In loco Aeschyleo modo memorato:

παλαιγενῆ γὰρ λέγω
παρβασίαν ὠκύποινον,
αἰῶ δ' ἐς τρίτατον μένει·
Ἀπόλλωνος εὖτε Λάϊος
βίᾳ, τρὶς εἰπόντος ἐν
μεσομφάλοις Πυθικοῖς
χρηστηρίοις θανόντα γέν-
νας ἄτερ σαοῦν πόλιν, κ. τ. λ.

quem fugit in quarto membro aut vulgaris descriptionis ⏑ ⊥ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ inter reliqua membra quadripartita *κακοφωνία*, aut gravitas vere Aeschylea, qua Laii in deum peccatum notatur, in numerosa quam modo indicavi pronuntiatione? In Persarum v. 575:

τεῖνε δὲ δυσβάϋκτον
βοᾶτιν τάλαιναν αὐδάν

i. e.
⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥
⏑ ⊥⌒⊥ ⊥ ⏑ — ⏑ ⊥ ⊥

ipsa voce explicatur soni productio, quae in antistropha in eandem vocem cadit quam supra in Choëph. v. 331 (*τὸ πᾶν ἀμφιλαφὴς ταραχθείς*) eodem modo pronuntiatam deprehendimus:

δυρόμενοι γέροντες
τὸ πᾶν δὴ κλύουσιν ἄλγος.

Similiter in Eurip. Suppl. v. 804:

ὦ παῖδες, ὦ πικρὸν φίλων
προσηγόρημα ματέρων,
προσαυδῶ σε τὸν θανόντα.

et 815:

δόθ', ὡς περιπτυχαῖσι δὴ
χέρας προσαρμόσασ' ἐμοῖς
ἐν ἀγκῶσι τέκνα θῶμαι.

i. e.
⏓ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥
⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥
⏑ ⊥⌒⊥ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥

et in voce *προσαυδῶ* et in verbis *ἐν ἀγκῶσι* doloris vim agnoscis. In Aesch. VII, v. 900:

διήκει δὲ καὶ πόλιν στόνος,
στένουσι πύργοι, στένει πέδον φίλανδρον· μένει κ. τ. λ.

i. e.
⏑ ⊥⌒⊥ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥

lamentatio per urbem pervadens diserte significatur. Non mirum hanc pronuntiationem interiectionibus quoque vehementioribus adhibitam esse, ut in Soph. Oed. Colon. v. 1670:

αἰαῖ, ἔστιν ἔστι νῷν δὴ
οὐ τὸ μέν, ἄλλο δὲ μή, πατρὸς ἔμφυτον
ἄλαστον αἷμα δυσμόροιν στενάζειν.

i. e.
⏑ ⊥⌒⊥ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥
⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑⏑ ⊥ ⏑⏑
⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥

qua pronuntiatione in antistropha:

πόθος καὶ κακῶν ἄρ' ἦν τις.
⏑ ⊥⌒⊥ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥

egregie desiderii ardorem exprimi sentis. Verisimile est, sic Aeschylum voluisse pronuntiari eiulatum Persicum in stropha trochaica conlocatum Pers. v. 116:

ταῦτά μοι μελαγχίτων
φρὴν ἀμύσσεται φόβῳ,
ὀᾶ, Περσικοῦ στρατεύματος
τοῦδε μὴ πόλις πύθηται κένανδρον μέγ' ἄστυ Σουσίδος.

i. e.

⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥
⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥
⏑ ⊥⌢⊥ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥
⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥, ⊥ ⏑ ⊥, ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥

Sed in Soph. Oed. tyr. v. 1207, ubi codices exhibent:

ἰὼ κλεινὸν Οἰδίπου κάρα·

verisimilior interiectionis vulgaris iteratio:

ἰὼ ἰὼ κλεινὸν Οἰδίπου κάρα·

codicum in hac re nulla auctoritas.

Quod ad versus trochaicos adtinet, quae in Eurip. Orest. v. 965 post senarios iambicos:

ἰακχείτω δὲ γᾶ Κυκλωπία
σίδαρον ἐπὶ κάρα τιθεῖσα κούριμον,
πήματ' οἴκων.

antistr. v. 976:

ἰὼ ἰώ, πανδάκρυτ' ἐφαμέρων
ἔθνη πολύπονα, λεύσσεθ', ὡς παρ' ἐλπίδας
μοῖρα βαίνει

vel in Soph. Trachin. v. 509:

ὁ μὲν ἦν ποταμοῦ σθένος ὑψίκερω τετραόρου
φάσμα ταύρου

leguntur membra trochaica breviora, vix dubitandum mihi videtur quin haec per primae arsis productionem dimetri catalectici spatium expleverint:

⊥⏝⊥ ⏑ ⊥ ⊥

Idem censeo de Antigonae v. 375:

μήτ' ἐμοὶ παρέστιος γένοιτο μήτε σύντροφος,
ὃς τάδ' ἔρδει.

in quibus pro codicum lectione *μήτ' ἴσον φρονῶν*, quam non intellego, *μήτε σύντροφος* scripsi, adstipulante interpretatione in codicibus servata: *ὁμοδίαιτος* i. e. *σύντροφος*. Sic igitur haec quoque pronuntianda arbitror:

⊥⏝⊥ ⏑ ⊥ ⊥

quibuscum conferri quodammodo potest spondeorum par inter versus dactylicos conlocatum, quod et ipsum quattuor arsium tempus adsequebatur, cf. Eurip. Phoen. v. 795 *Σπαρτῶν γένναν* i. e. ⊥ ⊥ ⊥ ⊥. Sed de his et aliis multis eiusmodi alias plura et adcuratiora.

Nunc progrediendum mihi est ad rem longe gravissimam. Indicenda enim sunt solemnia eius diei qui nobis numquam non quam maxime festus erat, sed hodie multo maiore etiam, si quidem hoc fieri potest, laetitia ab omnibus concelebrabitur, diem natalem dico GVILELMI BORVSSORVM REGIS AVGVSTISSIMI ITEMQVE IMPERATORIS GERMANORVM GLORIOSISSIMI. Et communis nostrae venerationis interpres erit vir illustrissimus ANTONIVS SPRINGER professor publicus ordinarius. ad cuius orationem audiendam Rectoris magnifici illustrisque Senatus nomine perillustrem universitatis Curatorem, professores et doctores amplissimos clarissimos, commilitones ornatissimos, magistratus cum regios tum urbicos spectatissimos et quicumque rebus nostris bene volunt ea qua par est observantia invito.